



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum hæc sit vera, Deus est homo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

in qua tota ista pars durans usque ad questionem 26. distinguitur satis clare.

Super Questionis sextadecime articulum primum.

Tertius clarus est.

In corpore articuli tria sunt. Primo in communi recitatur, in quo conueniunt, & differunt Christiani circa propositum, & dicitur quod conueniunt omnes in affirmatione istius propositionis: differunt autem in ratione affirmandi.

Secundo, referuntur tria genera erroris circa rationem affirmandi illam. Primum est, circa ueritatem predicatam, scilicet ly homo, & diuiditur in duos errores. Secundum est, circa ueritatem subiecti, scilicet ly Deus, & continet unum errorem. Tertium est, circa ueritatem propositionis, hoc est circa esse significatum per ly est, copulam uerballem dicte propositionis, & diuiditur in duos errores, computando illos quatuor modos, scilicet dignitatis, auctoritatis, affectionis, uel inhabitationis pro uenico & reliquum duarum hypostasium pro altero, ita quod uniuersi errores hi, sunt quinque, qui satis clare patent in littera ex prius dictis.

Tertio, respondetur questio unica conclusione, Hec propositio, scilicet, Deus est homo, est uera, & propria supposito incarnationis mysterio cum fide catholica. Probat, Hoc nomen Deus ex modo iux significacionis potest supponere pro persona filij Dei, ergo potest supponere pro supposito humane nature, ergo de Deo potest predicari homo.

Antecedens probatur, quia nomen significans naturam communem in concreto, potest supponere pro quolibet contentorum sub natura communi, ut patet, inductiue in homine, &c. Consequentia autem prima probatur, quia persona filij Dei est uere, & proprie suppositum humane nature. Secunda autem probatur, quia de quolibet supposito alicuius nature, potest uere & proprie predicari nomen significans illam naturam in concreto.

Vbi nota diligentissime, quod in ista propositione, Deus est homo, Deus supponit pro persona humana, quia supponit pro persona filij Dei, quatenus est persona humana. hinc enim littera infert, quod homo uere, & proprie predicatur de Deo, quia nomen

de his, que conueniunt Christo per comparationem ad Deum patrem. Tertio, de his, que conueniunt Christo per comparationem ad nos.

Circa primum duplex consideratio occurrit. Prima quidem de his, que conueniunt Christo, secundum esse & fieri. Secunda de his, que conueniunt Christo secundum rationem unitatis.

Circa primum quaruntur duodecim.

Primo, Vtrum hac sit uera, Deus est homo.

Secundo, Vtrum hec sit uera, Homo est Deus.

Tertio, Vtrum Christus potest dici homo dominicus.

Quarto, Vtrum ea, que conueniunt Filio hominis, possint predicari de filio Dei, & e contrario.

Quinto, Vtrum ea, que conueniunt Filio hominis, possint predicari de diuina natura, & de humana ea, que conueniunt filio Dei.

Sexto, Vtrum hac sit uera, Filius Dei factus est homo.

Septimo, Vtrum hac sit uera, Homo factus est Deus.

Octauo, Vtrum hac sit uera, Christus est creatura.

Nono, Vtrum hac sit uera, Iste homo, demostro Christo, incepit esse, uel fuerit semper.

Decimo, Vtrum hac sit uera, Christus, secundum quod homo est creatura.

Vndecimo, Vtrum hec sit uera, Christus, secundum quod homo, est Deus.

Duodecimo, Vtrum hec sit uera, Christus, secundum quod homo, est hypostasis uel persona.

ARTICVLVS I.

Vtrum hac sit uera, Deus est homo.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod hec sit falsa,

3. d. 7. q. 1. ar. 2. Et uni. art. 4. c. diu.

nature humane in contrario uere & proprie predicatur de quo liber ito supposito: oportet enim subsumere, sed Deus pro persona uerbi, est uere & proprie suppositum nature humane, ergo. Et scito quod ista propositio, Deus est homo, est quasi una indefinita, & ideo ad ueritatem eius sufficit, quod una persona

diuina sit homo, & ad proprietatem ipsius sufficit predicatum esse, equale aut maius subiecto. (ut Porphyrius dixit) & se habere ad subiectum quasi per modum informantis, ut euenitur implicita subiecta, que oportet subintelligi in propositionibus indirectis, puta risibile est homo, hoc est, ille qui est risibilis, est homo.

Unde sicut ista est uera & propria. Homo est crispus, quia Sortes est crispus; ita ista est uera, & propria, Deus est homo, quia una persona diuina est homo, & habet eum se homo ad uerbum, ut est persona humana tantum formale, ut Auctor docuit in 4. contra Gen. cap. 46. in solutione sextae obiectionis.

In responsione ad primum, collige copias doctrine ibi contentae. Duo siquidem ad metaphisicam, & tria ad logicam spectantia, ibi docentur. Primum metaphisicum mistum logica est, quod non formatur diuersitas, sed impossibilitas coeundi, est que fundat materiam remotam.

Alterum mistum fidei est, quod supposito diuino neutra natura, diuina scilicet & humana, inest per accidens, sed per se. Primum Logicum supposito incarnationis mysterio est: hec propositio, Deus est homo, non est in materia remota neque in contingentia, sed naturali. Secundum est, Homo predicatur de Deo, non per accidens, sed per se. Tertium est, quod homo predicatur de Deo, sicut species de

Deus est homo. Omnis enim propositio affirmatiua in materia remota est falsa: sed hec propositio, Deus est homo, est in materia remota: quia forme significata per subiectum & predicatum, sunt maxime distantes.

Cum ergo propositio predicta sit affirmatiua, uidetur quod sit falsa.

Præterea, Magis conueniunt tres persone diuina ad inuicem, quam humana natura & diuina: sed in mysterio Trinitatis una persona non predicatur de alia: non enim dicimus, quod pater est filius, uel e conuerso: ergo uidetur quod nec humana natura possit predicari de Deo, ut dicatur quod Deus est homo.

Præterea, Athanasius dicit, quod sicut anima & corpus unus est homo, ita Deus & homo, unus est Christus: sed hac est falsa, Anima est corpus. ergo etiam hac est falsa, Deus est homo.

Sicut in prima parte habitum est, quod predicatur de Deo non relatiue, sed absolute, conuenit toti Trinitati & singulis personis: sed hoc nomen homo, non est relatiuum, sed absolute. Si ergo uere predicatur de Deo, sequeretur quod tota Trinitas & qualibet persona sit homo, quod patet esse falsum.

SED CONTRA est, quod dicitur Philip. 2. Qui cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus ut homo. Et sic ille qui est in forma Dei, est homo: sed ille qui est in forma Dei, est Deus. ergo Deus est homo.

RESPON. Dicendum, quod ista propositio, Deus est homo, ab omnibus Christianis conceditur, non tamen ab omnibus secundum eandem rationem. Quidam enim hanc propositionem concedunt, non secundum propriam acceptionem horum terminorum.

Et declaratur, qua ratione, subiungendo. Non ratione forme significata per hoc nomen Deus, quod est subiectum propositionis, sed ratione suppositi, quod est hypostasis humane nature. Et prima quidem duo ab omnibus acceptari uidentur, quoniam sine his incarnationis mysterium saluari nequit, & de his superius multa dicta sunt: sed tria ultima non carent questione, & singula discutenda sunt.

Circa primum igitur horum, scilicet hac propositio, Deus est homo, est in materia naturali, dubium occurrit: quia omnis propositio in materia naturali est necessaria, alioquin non distingueretur

reut contra propositionem in materia contingenti: sed ista non est necessaria (non enim Deus necessario est homo) ergo non est in materia naturali.

¶ Circa secundum, scilicet quod dicta propositio est per se, ex Scoto & Durando in 7. dist. 3. sentent. dubium occurrit. Scotus quidem probat tripliciter hanc propositionem esse veram non per se, sed per accidens, logice loquendo: tu quia predicatum non est de intellectu subiecti: tum quia si sic, praedicaretur de quolibet contento sub subiecto, & sic Spiritus sanctus & Pater esset homo: tu quia in predicationibus per se, subiectum non supponit determinate: quia si indeterminate tantum supponeret, haec esset per se, animal est homo, quia potest verificari pro Petro vel Paulo, sed hoc subiectum Deus, non includit determinate plus Filium, quam Patrem.

¶ Durandus vero inquit: Puto quod magis proprie potest dici vera per accidens, quam per se, quia omnis propositio vera per se, est vera cum reduplicatione termini supra se: homo enim, secundum quod homo, est animal, & est risibilis. In proposito autem Deus, secundum quod Deus, est homo, est falsa: quia non forma significata per subiectum est ratio inherens praedicati ad subiectum, sed sola unitas suppositi, quae etiam in propositionibus per accidens, est tota causa verificationis eorum. Et ideo haec propositio magis est dicenda per accidens, quam per se.

¶ Circa tertium, scilicet homo praedicatur de Deo, sicut species de sua hypostasi, Scotus ubi supra, occurrit dicens, quod quia ista unitas non habet similem, nullum est praedicatum sicut in proposito, sed haec praedicatio ex parte praedicati est species, ex parte vero moti se habendi praedicati respectu subiecti, est sicut accidens quantum praedicabile: quia non est de ratione subiecti, & aduenit temporiter subiecto existenti in actu completo eternaliter, & per hoc aduenit ita ut possit abesse.

¶ Ad horum evidentiam oportet tria praenotare. Primum est, quod ly Deus, potest, quantum ad praepositiu[m] spectat, dupliciter considerari, primo absolute, secundo, ut contractum, vel determinatum per praedicatum, scilicet esse hominem, potest enim supponere ly Deus, secundum suam naturalem suppositionem pro habente deitatem, absque determinatione huius, vel illius habentis deitatem, sicut homo pro habente humanitatem, & sic consideratur absolute, sicut cum dicitur, Deus charitas est. Potest quoque supponere pro certo supposito diuinae naturae, quoniam talia sunt, quod ad suppositionem subiecta, quae permittunt praedicata, sicut cum in Symbolo dicitur, Deum de Deo, ly Deus supponit pro Filio, & ly Deo pro patre. Et sicut in hac propositione, Deus est homo, accipiat ly Deus absolute, conflat propositionem istam esse veram per accidens, sicut constat, hanc esse per accidens, animal est homo. Accidit enim logice loquendo (ut nunc loquimur) animal est hominem, ratione alicuius animalis, quod est homo, & similiter accidit Deo esse hominem, ratione alicuius hypostasis diuinae, quae est homo. Si autem accipiat ly Deus, ut substat determinationi praedicati, sic supponit pro persona Filij, quae sola est homo, sicut cum dicitur, quod homo peccando spoliatur genus humanum stola innocentiae, supponit pro uno singulari, scilicet Adam, & sic sumi in hac propositione, clare Auctor affirmat in litera in calce corporis articuli.

Sed quia hoc non sufficit, sciendum est secundo, quod ly Deus, supponendo pro persona Filij, dupliciter potest considerari, vel quod ad formam significatam, quae est deitas, vel quod ad ipsam personam suppositam. Et quia extrema insinuat mediu[m], hic subintelligas, vel quod ad utriusque. Et si quidem in hac propositione sumeretur Deus

supponens pro Filio, quod ad formam significatam, similiter clare constat, quod propositio esset per accidens, accidit enim deitati ratione hypostasis Verbi esse hominem. Et idem est iudicium, si sumeretur quod ad utrumque. Et propterea in proposito sumitur ly Deus, ut supponit pro persona Filij quod ad hypostasim, & hoc habes etiam clare in

Deus, non supponit verum, & naturalem Deum. Et haec est heresis Plotini, quae supra improbat est. Alij vero concedunt hanc propositionem cum veritate utriusque termini, ponentes Christum & verum Deum esse, & verum hominem, sed tamen veritatem praedicationis non saluant. Dicunt enim quod homo praedicatur de Deo per quandam coniunctionem vel dignitatis, vel auctoritatis, vel etiam affectionis, aut in habitationis. Et sic posuit Nestorius Deum hominem esse, ut per hoc nihil aliud significetur, quam quod Deus est homini coniunctus tali coniunctione, quod homo inhabitetur a Deo, & vniatur ei secundum affectum, & secundum participationem auctoritatis & honoris diuini. Et in similem errorem incidunt quicumque ponunt duas hypostases, vel duo supposita in Christo, quia non est possibile intelligi, quod duorum, quae sunt secundum sup-

positionem, quod ad hypostasim, secundum quod de facto est, postquam Verbum caro factum est, vere habebimus quod homo praedicatur de sua hypostasi, cum dicitur, Deus est homo. Et hoc esse intantum ab Auctore, euidenter patet, ex eo quod tractatus iste intulatur, de his, quae consequuntur vnione, Supposito ergo incarnationis mysterio, de persona Filij est sermo praesentis aetate, cum dicitur, quod Deus hic supponit pro persona Filij, immo & clare in litera dicitur, quod in dicta propositione, homo praedicatur de Deo ut species de sua hypostasi. Supponit ergo Deus, pro hypostasi humana, si homo praedicatur de Deo, ut species de sua hypostasi, speciei siquidem humanae nulla hypostasis est sua, nisi humana, quae in Christo est ab aeterno diuina. Clarissime autem hoc supponi explicatur in principio corporis sequentis articuli, cum dicitur, supposita veritate utriusque naturae diuinae & humanae, & vnione in persona, & hypostasi, haec est vera & propria, Homo est Deus, sicut & ista, Deus est homo. Hic enim explicatur, quod utraque propositio supponit conditionem de facto inueniam in persona Verbi. His prelibatis ad singula dicendum est.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quod haec propositio est necessaria, & quamuis Deus absolute non sit necessario homo, Deus tamen pro persona Verbi incarnati est necessario: homo constat enim euidenter, quod persona humana quae libet est necessario homo, Deus autem in hac propositione determinatur ad supponendum pro persona humana. Et propterea ista propositio, & si non quod ad significatum, tamen quod ad suppositum per nomen subiecti, est necessaria.

¶ Ad secundum vero dubium, respondendo ad primum Scoti, dicitur quod ista propositio est per se respectu suppositi, & quod praedicatum est de intellectu subiecti quod ad suppositum per illud quamuis non sit de intellectu eius quod ad formam significatam per idem, est enim homo de intellectu hypostasis humana, ita quod oppositum nequit intelligi.

¶ Ad secundum negatur sequela, loquendo de Deo, quod ad suppositum: illud enim quod per se praedicatur de Deo ratione formae significatae per ly Deus, praedicatur de quolibet contento sub Deo: sed illud quod per se praedicatur de Deo ratione suppositi talis, pro quo supponitur exigente praedicato huiusmodi suppositione, non praedicatur de quolibet contento sub hoc nomine, Deus.

¶ Ad tertium dicitur per eadem distinctionem, quod in predicationibus per se ratione formae significatae per subiectu[m], subiectu[m] ipsum supponit indeterminate quod ad suppositum & determinate quod ad naturam, sed in predicatione per se ratione certi suppositi, pro quo praedicatum facit supponere subiectu[m], secus oportet esse.

litera in calce respō-

tionis ad primum.

¶ Verum, quia per-

sona Filij Dei habet

hoc singularisimū,

quod est persona subsi-

stentens in duabus natu-

ris, diuina scilicet &

humana, ideo tertio

recolendum est, quod

hypostasis, pro qua

supponit in hac pro-

positione ly Deus,

habet conditiones a-

ternas, & habet con-

ditiones ex tempo-

re, est enim persona

diuina ab aeterno, &

est persona humana

ex tempore. Et si sup-

poneret pro perso-

na Filij, ut est hypo-

stasis diuina praeci-

se, tunc etiam propo-

sitio esset per acci-

dens, quoniam filius

Dei, non in quantum

hypostasis diuinae na-

turae, sed in quantum

hypostasis humanae

naturae, hominis pra-

edicationem recipit:

sed ponendo, quod

supponat pro perso-

na Filij, quod ad hypo-

stasim, secundum quod

de facto est, post-

quam Verbum caro factum

est, vere habebimus quod

homo praedicatur de sua

hypostasi, cum dicitur, Deus

est homo. Et hoc esse

intantum ab Auctore, euidenter

patet, ex eo quod tractatus iste

Q. 2. art. 6.

Q. 5. artic.

In fine

P. 43

esse, quia necesse est subiectum supponere pro determinato supposito, & sic est in proposito, ut patet ex dictis.

¶ Ad Durandum autem ex eadem distinctione respondetur, dicendo quod illa maior, Omnis propositio per se uera, est uera cum reduplicatione termini subiecti supra se, licet admittatur in propositionibus per se ueris de subiecto ratione forme significare, negatur tamen in propositione per se uera de subiecto ratione certi suppositi tantum.

Et ratio diuersitatis est, quia reduplicatio transfert terminum subiectum in naturam predicari: quod constat teneri formaliter.

q. 2. ar. 6.

cum enim dico, homo, in quantum homo, est animal, uel risibilis, perinde est ac si dicerem homo, in quantum est homo est animal, uel &c.

Vbi patet, quod ly homo repetitur, ut predicatum, & propterea denotat humanitatem esse rationem cognitionis predicati cum subiecto. Et ideo ista est falsa, Deus, in quantum Deus, est homo: significat enim deitatem esse rationem necessariam conjunctionis predicari cum subiecto. Nec solum ipsa est falsa, sed etiam ista, Verbum in quantum Verbum, est homo, quia ly in quantum, reduplicatur, sumptum, denotat formam significatam hoc est proprietatem hypostaticam

D. 62. 1
P. p. q. 29. ar. 6.
4. ad 3.

Verbi constitutam, esse rationem necessariam connexionis predicati cum subiecto. Secus autem dicendum esset, si ly in quantum, teneretur specificatiue, quoniam sic ista est uera, Verbum in quantum Verbum, est homo, quoniam esse hominem conuenit Verbo secundum propriam personalitatem. Sed quia hoc non spectat ad perfectiorem logicam, de qua est sermo, ideo reuertentes ad subiuncta per Durandum dicentem, quod quando sola unitas suppositi est ratio conjunctionis extremorum, propositio est uera per accidens, respondemus quod sola unitas suppositi extrinseci ab altero saltem extremorum verificans propositionem, constituit illam ueram per accidens, sed unitas suppositi intrinseci utrique extremo constituit propositionem directam & formalem, ueram per se de altero extremo, non respectu forme significare, sed respectu suppositi. Sic autem est in proposito, nam in utroque termino, scilicet Deus, & homo, clauditur intrinsece, quamuis indeterminate, hypostasis Verbi incarnati, utpote uerissime & propriissime persona diuina, & humana. Non sic autem est in propositionibus per accidens puta, Homo est albus, quoniam in istis suppositum per hominem copulatur tantum, & extrinsece importatur per album, quod puram qualitatem significat. Et hæc iam docuerat Auctor in tertio sentent. distinct. septima, questione prima, articulo primo.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod Scotus uidetur accepisse pro subiecto Deum seu hypostasim Verbi absolute, & ideo non inuenit quale sit hoc predicatum cum sua prædicatione. Sed Auctor inuenit talia esse subiecta, quo ad suppositionem, qualia exigunt prædicata, supponendo incarnationis mysterium, supponit cum fide catholica, Deum esse quandam hypostasim humanam, & pro illa in hac propositione supponere ly Deus. Et propterea statim inuenit, non solum quod predicatum est species, sed etiam quod predicatur ut species de propria hypostasi. Nec hoc aliquam habet difficultatem, nisi illam quam ex fide supponimus, scilicet, personam Filij esse uere & proprie personam humanam, hæc namque suppositione facta, clare liquet, quod sicut

species prædicatur de sua hypostasi, quum dicitur, A, est homo, si ly A, supponit pro certa persona humana, ita in proposito ex quo ly Deus, supponit pro quadam certa persona humana. Et hinc patet, quod ista propositio, Deus est homo, dum ly Deus, supponit pro illa persona humana, quæ est uerbum incarnatum, est per se in primo modo dicendi per se respectu suppositi ut toties dictum est, & non respectu forme significare per ly Deus. Et est prædictio essentialis, & uniuoca ut patet ex determinatione uniuocorum, & Auctor in allegatis locis explanat. Et ut patet ex notioribus, monstrare explicatam doctrinam esse ueram, mutando nomen subiectum, ita quod loco ly Deus, ponatur nomen proprium illius personæ, quatenus est persona humana, & dicendo, Iesus est homo, constat enim, quod ly Iesus supponit pro persona filij Dei, ut est hypostasis humana, pro qua dictum est etiam supponere ly Deus, in hac propositione, Deus est homo. Nec est differentia inter has propositiones, Deus est homo, & Iesus est homo, quo ad suppositum, sed quo ad significatum per nomina subiecta. Quo circa sicut ista Iesus est homo, est per se in primo modo, & essentialis, & prædicat speciem de propria persona, ita ista, Deus

est homo, restringendo ly Deus, ad Iesum, ut unico uerbo dicatur. Et sicut non uertitur in opinionibus, an ista sit per se & essentialis uniuoca, &c. Iesus est homo, ita non debet in diuersas trahi opiniones ista, Deus est homo, intellecta quo ad suppositum, ex quo supponit pro Iesu. Et hinc patere potest, quod etiam ista propositio, Christus est homo, respectu suppositi, est per se in primo modo.

¶ Nec obstat quod Scotus ubi supra obiicit dicens, quod quia Christus, Damasceno teste, significat hypostasim diuinarum naturarum, nihil per se unum prædicatur de illo per se, utpote de non per se uno in se sicut enim apud Aristotel. primo Metaphy. ratio in se falsa, de nullo est uera, ita ratio per se non una, nihil per se unum de se uerificat. Et simile est de ista, Christus est homo, & ista, Homo albus est coloratus. Hæc inquam non obstant, quia quo ad rem, Christus significat unam per se & in se hypostasim, homo albus autem significat unam per accidens, accidit enim subiecto albedinis esse hominem, et contra. Quo ad propositionem quoque iam dictam est, quod ista propositiones dicuntur per se respectu suppositi, & non respectu forme deitatis significare. Suppositum autem est in se per se unum: quia non est nisi hypostasis æterna filij Dei, quæ ex tempore est ipsamet immutata omnino hypostasis humana, & ideo optime per se de illo prædicatur tam Deus, quam homo, nihil minus, quam si esset unius illarum naturarum tantum hypostasis: extense siquidem seu communitas ipsius ad duas naturas, nihil tollit de proprietate eiuſdem respectu singularium.

¶ In responsione ad quartum, dubium occurrit, quoniam responsio ista uidetur contradicere doctrinæ iam habitæ, & enervare illam, nam si homo prædicatur de Deo ratione relationis, ut in hac responsione dicitur, sequitur quod non prædicatur essentialiter, sicut species de sua hypostasi, ut in responsione ad primum dictum est. Prædicatio namque speciei humanæ de sua hypostasi, est & essentialis & substantialis, non relatiua ut patet.

¶ Ad

G

H

I

K

Ioan.

2. ind.

Ad hoc dicitur, quod Auctor non dixit, quod unio, ratione cuius est ista predicatio, est relatio aut relatiua, sed dixit, quod relationem importat, hoc est connotatiuam, quia non loquitur res significata, sed res significans, et per hoc dicitur, quod unio naturae humanae ad Deum sit substantialis, quia tamen connotat relationem, ideo nomen predicatum secundum illam, non sequitur regulam ab solutorum ab aeterno.

Alius posset exponi hac responsio, dicendo quod homo predicatur de Deo ratione unionis in persona, quam unio nem constat ex supradictis fundamentis esse substantialem, formaliter relationem: sed predicatio est ratione unionis fundamentalis, quae significatur per unionem formaliter, ut differentia per proprietatem continetur significari. Et quia illa fundamentalis unio, quae fundat praedicationem istam, habet modum relationum, quod ad hoc, quod de no no posita in persona diuina, nullam in illa mutationem ponit nisi relationem ratione non reali, sed rationis, ideo dictum est quod relatio nem importat. Et ideo non sequitur regulam ab solutorum ab aeterno, quae si de no no apponeretur, aut tolleretur a Deo, mutationem in ipso ponerent.

Ad tertium dicendum, quod anima & caro significatur ut in abstracto, sicut diuinitas & humanitas: in concreto uero dicitur animatum & carneum, siue corporeum, sicut & ex alia parte Deus & homo. Unde utrobique abstractum non predicatur de abstracto, sed solum concretum de concreto.

Ad quartum dicendum, quod hoc nomen homo, predicatur de Deo ratione unionis in persona, quae quidem unio relationem importat. Et ideo non sequitur regulam ab solutorum ab aeterno, quae si de no no apponeretur, aut tolleretur a Deo, mutationem in ipso ponerent.

Super Quaestione sextadecima articulum secundum.

Itulius clarus est.

In corpore articuli unica est conclusio responsiva quaesita. Haec est uera, & propria, Homo est Deus, supposito incarnationis mysterio. Probatur, Deus predicatur uere, & proprie de persona filij Dei ergo predicatur uere, & proprie de homine. Probatur consequentia, quia homo potest supponere pro persona filij Dei. Probatur hoc. Homo potest supponere pro qualibet hypostasi humanae naturae: sed quaedam hypostasis humanae naturae est persona filij Dei, et

ergo homo potest supponere pro persona filij Dei. In hac materia recolenda sunt dicta in priore articulo, quoniam ista propositio de qua est sermo, est etiam per se in primo modo respectu suppositi per subiectum, non respectu naturae significatae, &

subiectum trahitur ad supponendum pro talis supposito ex praedicato, sicut de sua conueniente, & conuersa dictum est in precedenti articulo. Et per hoc patet tamen corpus articuli, quod responso ad primum. In responsione ad secundum, dubium occurrit circa illud dictum, In ista propositione, Deus est Pater, ly Deus supponit pro persona Patris. Nam ly Deus, quantum est ex naturali sua suppositione, supponit pro habente deitatem indistincte, sicut homo pro habente humanitatem: ex parte autem praedicati non restringitur, ad supponendum pro persona Patris, quoniam stans in sua naturali suppositione, uera est propositio, Deus est pater, quoniam habes deitatem est pater, ut patet. Minus ergo bene dictum uideatur, quod supponit pro patre hoc nomen Deus, cum nomen patris de illo predicatur.

Christus semper fuit homo. ergo haec est falsa, Homo est Deus.

Sed contra est, quod dicitur Rom. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deo benedictus in saecula: sed Christus secundum carnem est homo. Ergo haec est uera, Homo est Deus.

Respons. Dicendum, quod supposita ueritate utriusque naturae, diuinae, scilicet & humanae, & unione in persona & hypostasi, haec est uera & propria, Homo est Deus, sicut & ista, Deus est homo: hoc enim nomen homo, potest supponere pro qualibet hypostasi humanae naturae, & ita potest supponere pro persona filij Dei, quae dicimus esse hypostasim humanae naturae. Manifestum est autem, quod de persona filij Dei uere & proprie predicatur hoc nomen Deus, ut in prima parte habitum est. Unde si relinquatur haec sit uera, & propria, Homo est Deus.

Ad primum ergo dicendum, quod idolatrie attribuebant nomen deitatis lapidibus & lignis, secundum quod in sua natura considerantur, quia putabant in illis aliquid numinis esse. Nos autem non attribuimus nomen deitatis homini secundum humana naturam, sed secundum suppositum aeternum, quod est et per unionem suppositum humanae naturae, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod hoc nomen Pater, predicatur de hoc nomine Deus secundum quod hoc nomen Deus supponit pro persona Patris: sic autem non predicatur de persona filij, quia persona filij non est persona Patris, & per consequens non oportet, quod hoc nomen Pater, predicatur de hoc nomine homo, de quo predicatur hoc nomen Deus, in quantum ly homo supponit pro persona filij.

Ad tertium dicendum, quod licet humana natura in Christo sit quiddam recens, tamen suppositum humanae naturae non est recens, sed aeternum. Et quia hoc nomen Deus, non predicatur de homine ratione humanae naturae, sed ratione suppositi, non sequitur quod ponamus Deum recentem. Sequeret autem, si poneremus, quod homo supponit suppositum creatum, secundum quod oportet dicere eos, quod in Christo ponunt duo supposita.

tris, ut sic aequale de aequali predicatur per se: sicut si Trinitas predicari per se intelligitur de Deo, oportet Deum restringi ad supponendum quasi simpliciter, ut sic aequale de aequali predicatur. Et sic patet sensus huius.

Ad hoc dicitur, quod quia argumentum de praedicatione per se procedit fundatum super illa regula, Quicquid praedicatur de praedicatione, & ideo Auctoris uerba de praedicatione per se intelligenda sunt. Ista siquidem propositio, Deus est Pater, potest esse per se, & per accidens, logice loquendo. Nam praedicatione per se exigit praedicari aequale de aequali, aut maiora de minoribus. Minus autem de maiori non nisi per accidens praedicatur, ut patet dicendo, animal est homo. Hoc autem nomen Deus, si secundum suam naturalem sumatur suppositionem, maius, hoc est communius est quam nomen patris aut Trinitatis, quoniam extendit se etiam ad Filium, & Spiritum sanctum, quorum neuter est Pater aut Trinitas, & propterea sic sumptum, reddit praedicationem per accidens, dicendo, Deus est Pater aut trinitas, quo fit ut si constituenda sit propositio per se praedicari Patrem de Deo, oportet Deum restringi ad supponendum pro persona pa-

Ad hoc dicitur, quod quia argumentum de praedicatione per se procedit fundatum super illa regula, Quicquid praedicatur de praedicatione, & ideo Auctoris uerba de praedicatione per se intelligenda sunt. Ista siquidem propositio, Deus est Pater, potest esse per se, & per accidens, logice loquendo. Nam praedicatione per se exigit praedicari aequale de aequali, aut maiora de minoribus. Minus autem de maiori non nisi per accidens praedicatur, ut patet dicendo, animal est homo. Hoc autem nomen Deus, si secundum suam naturalem sumatur suppositionem, maius, hoc est communius est quam nomen patris aut Trinitatis, quoniam extendit se etiam ad Filium, & Spiritum sanctum, quorum neuter est Pater aut Trinitas, & propterea sic sumptum, reddit praedicationem per accidens, dicendo, Deus est Pater aut trinitas, quo fit ut si constituenda sit propositio per se praedicari Patrem de Deo, oportet Deum restringi ad supponendum pro persona pa-

In cor. ar.

Super

Jocis sup. ar. 2. additur.